

ALEXANDRI  
TRENTACINI  
QVIIC. PRÆCLARIS-  
SIMI, AC PATRICII  
AQVILANI,

Practicarum Resolutionum Iuris

LIBRI TRES.

*Praxi quotidie occurrentes controuersias, ac quaestiones, earumque resolutiones  
seu decisiones, tam accurate pertractatas continentes, ut in foro per-  
santibus nihil utilius exhiberi possit.*

• NUNC RECENS IN LUCEM EDITI.

CVM INDICE GEMINO, CAPITVM, SEV ARGVMENTORVM SIN-  
gularum Resolutionum altero; altero Rerum memorabilium.

Cum Gratia & Privilegio S. Casarea Maiest.

*Q. D. Tref. Ma-  
jor*



Cura, & impendio RVLANDIORVM, Typis Richterianis.

MDCCX.



# INDEX TITVLORVM, ET RESOLVTIONVM HVIVS OPE- RIS, MATERIARVM ITEM, ET QVÆSTIONVM, quar singulis Resolutionibus tractantur.

## LIBER PRIMVS, VARIAS ET DIVER- SAS MATERIAS CONTINENS, SEQVENTES TITVLOS & Resolutiones complectatur.

### DE LEGIBVS ET CONSTITV- TIONIBVS.

Resolutio prima. fol. 1.

*An alius factus contra legis præceptum, sit nullus.*

Resolut. II. fol. 5.

*Mulier, & Rasticus an excusetur propter ignorantiam  
iuris.*

Resolut. III. fol. 7.

*An Iudæi iure Romano regantur. Et an contra eos aquies  
vel rigor iuris seruandus. Item, an Statuta ciuitatum  
etiam Iudæos comprehendant. Et an legantur legibus  
canonicis. Item, an Iudæi possint condere statuta, &  
nuptias contrahere in gradibus prohibitis, lege Mosai-  
ca permixta.*

### DE STATVTIS.

Resolut. I. fol. 10.

*Statutum, quod existentibus masculis feminæ à successio-  
ne excludit, an sit fauorabile; & an porrigatur ad bona  
alibi sita. Et an virtute talis statuti, neptis ex filio ma-  
sculo excludatur.*

### DE RESCRIPTIS ET PRL- VILEGIIS.

Resolut. I. fol. 18.

*Privilegiatus, an utatur privilegio contra alium privile-  
giatum.*

Resolut. II. fol. 21.

*Privilegiatus succedens non privilegiato, an proprio utatur  
privilegio quoad prescriptionem, item respectu obliga-  
tionis, mora, fori, & executionis.*

Resolut. III. fol. 25.

*An privilegia Ecclesiæ & clericis concessa, per principes, &  
generales constitutiones, item per statuta per eosdem  
principes & ciuitates tolli vel renouari possint.*

Resolut. IV. fol. 26.

*An omnia privilegia Ecclesiæ concessa, ad Hospitalia tra-  
hantur.*

Resolut. V. fol. 28.

*De sub: & obreptione; quid sint, & an differant. Et an Re-*

*serpta sub: & obreptitia sint ipso iure nulla. Item, an  
sub: vel obreptio in una parte Rescripti, plura capita-  
la continentia, valeat rescriptum in totum. Et cui in-  
cumbat onus probandi Rescriptum esse sub: vel obrepti-  
tium. Et an presumatur dolus in impetrante Rescrip-  
tum subreptitium. Item, an ante, vel post litem con-  
testatam exceptio subreptionis opponenda sit. Item de  
clausula; Ex certa scientia; motu proprio; re-  
motis quibuscunque exceptionibus: pro expres-  
tis; non obstantibus, &c. an tollant visum subre-  
ptionis.*

Resolut. VI. fol. 34.

*Rescripta contra ius, vel publicam utilitatem, an & quan-  
do valeant, & seruanda sint.*

Resolut. 7. fol. 40.

*An in Rescriptis principis semper apponi debeat clausula-  
li præces veritate nitantur: & si omissa sit, an subin-  
telligatur. Et quid in contractibus, & actibus primato-  
rum. Item an prædicta clausula reddat Rescriptum con-  
ditionale.*

Resolut. VIII. fol. 43.

*Privilegio suo cum iuramento renuncians, an prius certio-  
rari de eo debeat.*

Resolut. IX. fol. 47.

*Privilegium in actis reuerabilibus an perdat per unicum  
actum contrarium.*

Resolut. X. fol. 47.

*Privilegio an renunciatur seu ab eo recedatur, per unicum  
actum contrarium.*

### DE CONSVETVDINE.

Resolut. I. fol. 49.

*Consuetudo, an extensionem admittat; Et concurrente si-  
mili legis, & simili consuetudinis, an legis, vel con-  
suetudinis simile attendendum. Consuetudo qualiter  
indicatur, & per quos actus. Et quantum temporis  
exigatur, ad eam inducendam, & a quo tempore inci-  
piat currere. Item, an ex sententia inducatur consue-  
tudo. Qualiter in iudicio consuetudo proponi debeat, Et  
quomodo probetur. Item, an liget forenses.*



# ALEXANDRI TREN- TACINQVII I. C. PRÆ- CLARISSIMI, PATRICII A QVILANI, DECISIONVM,

*Seu*

Resolutionum variarum ad praxim vtriusque  
fori spectantium,

L I B E R P R I M V S,

*Varias, & diuersas materias continens.*

## RESOLVTIO I.

De legibus, & constitutionibus.

### S Y M M A R I V M.

- 1 *Actus factus contra legum præceptum est nullus, si lex vlt-  
terius procedendo actum annullat.*
- 2 *Actus factus contra legis prohibitionem non est nullus  
si lex vltterius procedendo dat facultatem rescin-  
dendi.*
- 3 *Actus simpliciter per legem prohibitus, factus, non va-  
let. declar. ann. 4. 6. 7. 8. 9. 10. amplia. ann. 16.*
- 4 *Pro forma quando aliquid per statutum introductum.*
- 11 *Lex quando simpliciter prohibet, partes huic probi-  
tioni renunciare non possunt.*
- 12 *Forma an per partes renunciari possit. declar. ann. 13.  
cum illationibus ann. 14. & 15.*
- 17 *Actus prohibitus per legem cum pena an, si fiat, sit nullus.*
- 18 *Nullitas actus quando sit pena.*
- 19 *Lex prohibitiva extenditur etiam ad ea, quæ ex illo se-  
quuntur. declar. ann. 20.*
- 21 *Faciens contra legem non continentem penam puni-  
dus est extra ordinem officio iudicis. declar. ann. 22.*

**D**isputari solet, An ꝑ actus factus con-  
tra prohibitionem legis, dicatur nul-  
lus? & pro resolutione huius conclu-  
sionis quatuor principales sunt con-  
siderandi casus.

Et Primus est, quando post prohibitionem, & le-  
gis præceptum ipsa lex procedit vltterius contra fa-  
ctum annullando.

Secundus est, quando procedit vltterius actum  
contra factum non annullando, sed facultatem impu-  
gnandi concedendo ei, in cuius fauorem fiebat  
prohibitio, seu præceptum, de cuius transgressione  
agitur.

Tertius est, quando lex non processit vltterius, sed  
simpliciter prohibuit.

Quartus, & vltimus est, quando prohibitio facta  
est per legem seu statutum cum pena.

In primo casu concludendum est, actum factum  
contra legis præceptum, & prohibitionem esse in-  
dubitanter nullum, s. non dubium. & ibi Doctores omnes  
C. de legib. l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. obligat. vbi omnes l.  
an inierit. ff. de acceptilat. §. pretium. & §. item pretium.  
Inst. de empt. & vendit.

Hæc conclusio procedit etiam, quando lex ultra  
processit actum contra factum ex parte tantum in-  
firmando, nam & tunc actus contra factus ex parte  
tantum illa infirmabitur, l. i. ff. de nonat. iuncta l. con-  
tra iur. vbi not. ante l. i. ff. de pact.

In secundo casu ꝑ concludendum est, actum fa-  
ctum contra legis prohibitionem non esse ipso iure  
nullum, nec ex toto, nec ex parte, licet is, in cuius fa-  
uorem is actus vetitus fuit, possit illum impugnare,  
& rescindere, ita probatur in §. emancipatos. Inst. de  
exheredat. liberor. vbi si filius emancipatus sit præteri-  
tus, testamentum non vitatur ipso iure, licet prætor  
huic emancipato præterito huius testamenti im-  
pugnandi facultatem præbeat, & quod interim tes-  
tamentum ipso iure non desinat valere, tunc glossa  
communiter approbata in l. si rum. ff. de bon. poss. cō-  
tra tabul. in verbo, quemadmodum.

A

In



ALEXANDRI TRENTA-  
CINQVII I. C. PRÆCLA-  
RISSIMI, PATRICII A-  
QVILANI,

DECISIONVM,

SEN

Resolutionum variarum ad praxim vtriusque  
fori spectantium,

LIBER SECVNDVS;

*Iudiciariam materiam comprehendens.*

RESOLVTIO I.

De Iudiciis.

SVMMARIVM.

- 1 Iudices debent tabelliones habere.
- 2 Iudices illa, quæ iuxta ipsi fiunt, scribere non possunt, cum suis declarationibus. 3. 4. 5. 6.
- 7 Notarius cause deputari potest ad officium receptionis testium, cum declaratione, nu. 1.
- 9 Commissio super receptione testium debet fieri per alium notarium, declarata nu. 10.

**I**udices debent tabelliones habere. *l. vniuersos. C. de decurion. lib. 10. & 5. ex provinciali. authentic. de defensor. ciuit.* Et ideo in causis, quæ coram iudicibus fiunt, ipsi non possunt acta scribere, & iudicare, cum nemo possit fungi notariatus officio, & iudicis, vt tradunt Bartol. in *l. inuenerunt. §. sane. C. de sacrosanctis. eccles.* Alex. in *l. hac. consultißima. §. si quis autem. C. de testam.* Innocen. in *c. cum à nobis. extr. de testib.* Bart. in *l. 2. ff. de stipulat. serui. Abb. & Aret. in c. ex literis. extr. de probat.* Angel. in *§. illud. Authentic. vt iud. sine quo suffrag. & Ruy. in cons. 149. num. 11. vol. 5.* Probatur hæc conclusio in cap. quoniam contra. *extr. de probat.*

- 3 Hæc conclusio non procedit, quando ad eam in contrarium consuetudo. Bartol. in *l. 2. ff. de stipulat. serui. Bald. in auth. nisi breues. C. de sentent. ex breui. recitan. vbi dicit, quod in villis, & in paruis litibus iidem possunt esse iudices, & tabelliones, si*

hoc dicat consuetudo eorum. Salyc. in *d. l. inuenerunt. §. his quoque. C. de sacrosanctis. eccles.* vbi dicit, quod minimi iudices, qui in parua quantitate iurisdictionem habent, & in rure ius inter rusticos reddunt, possunt vtrumque officium exercere ex consuetudine, idem dicit Alexand. in *cons. 120. volum. 7.* quæ declaratio probatur in cap. cum dilectus. *extr. de fide instrum.*

Secundo declaratur non procedere in causis breuioribus quæ possunt agitari sine scriptis, vt in *authentic. nisi breues. Cod. de sentent. ex peric. recitan.* nam tunc iudici creditur, & eius scripturæ: ita declarat Bartol. in *d. §. sane. quem sequitur Abbas in d. c. ex literis. num. 21.* vbi dicit, esse singulariter notandum pro istis vicariis castrorum, qui etiam scribunt acta, vt in istis modicis eorum scripturis credatur, etiam si alias non sint notarii, & in hoc casu loquitur Bar. in *l. c. inuenerunt. nu. 3. C. de proxim. sacror. sci. in lib. 12.*

Tertio declaratur non procedere in his, quæ fiunt à iudice, non in forma iudicii, quia nihil tunc repugnat, quo minus iudex scribere possit. Guil. de Cum. & Bart. in *d. §. sane. sequitur Dec. in cons. 42. num. 5. in vers. secus est.* Ex hinc est, quod literas testimoniales ipsemet iudex potest scribere. *l. alium. ff. de offi. presid. & l. si publicanus. §. 1. ff. de public.*

Quarto, & ultimo declaratur non procedere in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis; nam in his qui potest esse iudex, & notarius. Bar. in *d. §. sane. Ant. de Butt. & Abbas in d. c. ex literis.* tradit Dec. in *cons. 42.* Hinc est, quod Alber. in *l. consul. ff. de adoption. dicit, quod sunt aliqui notarii, & iudices, qui*

A A instru.

ALEXANDRI TRENTA-  
CINQVII L. C. PRAECLARISSIMI,

Patricij Aquilani,

DECISIONVM,  
SEV

Resolutionum variarum ad praxim vtriusque  
fori spectantium,

LIBER TERTIVS,

*Contractuum materiam continens.*

RESOLVTIO I

De iure emphyteutico.

SYMMARIA.

- 1 Emphyteusis ecclesiastica an in monasterium transeat, si  
in illud emphyteuta ingrediatur. *declara. in l. 2. §. 4.*  
5 Emphyteusis privati ob ingressum emphyteuta in mona-  
sterium transsit ad illud. *declara. nu. 6. 7.*



LIQVANDŌ emphyteuta ingre-  
ditur religionem; ideo solet quæri  
† an emphyteusis transeat in mo-  
nasterium. In hoc quæsito duo per  
Doctores considerantur casus.

Primus est, si emphyteusis sit ecclesiastica, vi-  
quia sit emphyteusis concessa ab alia ecclesia; & in  
hoc casu concludunt Doctores, quod ob ingres-  
sum emphyteutæ in religionem non transeat em-  
phyteusis in monasterium, si illa ecclesia, quæ est  
domini directi domini, vult illam ad se reuocare;  
alias si hoc non vult facere, transsit in ecclesiam. Bal.  
*nu. 12. Paul. de Cast. nu. 25. & Dec. nu. 26. in a. ubi in-  
gressi. C. de sacrosanct. eccles. Bald. in a. ubi nisi rogati nu. 12.  
C. ad Trebell. Abb. nu. 70. & Dec. sub nu. 67. in cap. in  
presentia extr. de probat. lal. dicens communem opi-  
nionem in l. 2. nu. 200. C. de iure emphyteut. Specul.  
in titul. de emphyt. §. nunc aliqua vers. 120. & ibi Ioannes  
Andr. Iulius Clar. in l. 4. §. sent. in §. emphyteusis. q. 33. vbi  
indistincte tenet non transire in monasterium, &  
Petr. de Anchar. in cons. 166. Mouentur dicti Do-  
ctores per tex. in §. 1. in a. ubi de alienatione, & emphy-  
teusi.*

Circa hanc conclusionem notandum est, quod,  
quando Doctores dicunt, quod sit in electione ec-  
clesiæ proprietariæ, an velit dimittere, vel recipere,  
intelligitur soluta æstimatione, alias electio esset  
denotaria; & hinc est, quod Speculator in d. §. nunc a-  
liqua dicit, quod ista ecclesia, in quam facta est  
translatio, debet habere æstimationem, vel ipsam  
rem ad ipsam deuolutam vendere infra annum

priuato, vt sic in nullo alio ecclesia proprietaria  
faciat deteriorem conditionem suam, cum qua o-  
pinione, & consideratione pertransit Anchar. in  
d. cons. 165. & in consil. 166. & Iulius Clar. in d. q. 33. in  
fine.

Declara hanc conclusionem † non procedere, s  
quando aliter fuerit prouisum in contracta emphy-  
teutico. Bald. in d. a. ubi ingressi. & mouetur per l. si ita  
quis. §. ea lege ff. de verb. oblig.

Declara secundo † non procedere, quando em-  
phyteusis concessa fuit alicui in sacris constituto  
pro se, filijs, & nepotibus; nam tunc si iste ingredia-  
tur religionem, acquiritur emphyteusis monaste-  
rio, & irremocabiliter; & ratio est, quia cum non po-  
terat filios ex matrimonio suscipere, intelligitur, re-  
cipiendo pro filiis, recepisse pro ecclesia, & mona-  
sterio, vt probatur ex notatis per Bar. & Angel. in l.  
hereditas. §. fin. ff. ad Trebell. sic notabiliter declarat  
Ruin. in cons. 151. nu. 26. vol. 1.

Declara tertio † non procedere, quando expres-  
se actum est, quod in ecclesiam alienari non possit;  
nam tunc vigore istius pacti si emphyteuta ingre-  
ditur monasterium, illi non acquiritur villo modo,  
& sic monasterium nullam habere poterit utilitatē.  
Bar. in d. a. ubi ingressi nu. 20. & idem tenet Imola ibi,  
& Bal. Aret. & Innoc. in d. c. in presentia. & sic cessat  
in hoc casu illa conclusio, quod erit in electione ec-  
clesiæ proprietariæ recipere, vel dimittere soluta  
æstimatione, vel quod ecclesia, in quam transfer-  
tur, teneatur infra annum priuato vendere, ex quo  
virtute pacti nullo modo transfertur in ecclesiam.  
Hæc declaratio reprobatur per Doctores, verum de  
veritate infra in secundo casu videbimus.

Secundus casus est, si † emphyteusis sit privati; &  
in hoc casu concludunt Doctores, quod emphy-  
teusis transsit in monasterium; & ita tenent Bar. Bal.  
Pau. de Cast. & Dec. in d. a. ubi ingressi. & ibi lal. ac et-  
iam in l. 2. nu. 200. C. de iure emphyt. vbi dicit hanc esse  
communem opinionem. Bald. in d. a. ubi nisi rogati.  
Abb. & Dec. in d. c. in presentia. & Anchar. in d. cons. 165.